

d & f. Nam ex descriptione limitis a totiens est in d quotiens b in f, igitur ex quinta septimi Euclidis totiens a in d quotiens c in h. Resumpta limitis descriptione patet propositum.

III.

Si duo digiti aggregati componunt articulum, necesse est cuiusque limitis duos articulos illorum relativos minimum proximi superioris limitis numerum sua compositione componere.

Componant a & b digiti decem. Non enim possunt duo digiti alium articulum componere. Sintque in quocumque alio limite duo articuli d & f relativos a, f & conijuncti faciant h. Dico h esse numerum proximi limitis superioris. Sit k minimus in limite articuloꝝ d & f, tunc secundum progressum precedentis probationis, h totiens continet decem, quotiens d continet a. Sed & k totiens continet unitatem, ex quid limitis, ergo k quotiens unitatem, totiens h continet decem, ergo ex nona septimi Euclidis permutatim quotiens h continet k, totiens decem continent unum, tunc ex praedicta conceptione patet propositum.




V.

Si duo articuli ex eodem limite relativi duorum digitorum numerum compositum componentium aggregati fiunt, excrescet numerus compositus, cuius una pars erit numerus limitis eiusdem digiti relatiuus, qui nominatur in nominatione numeri compositi constantis ex duobus datis digitis, & alia pars erit minimus proximi superioris limitis numerus.

Digitus a & b componant numerum compositum, hic necessario ex decem & digito constabit, digitus sit c, articuli autem d & f relatiuus a, & f relatiuus b, componant numerum kh. Dico kh compositum constare ex duobus numeris, quorum unus est de limite articuloꝝ d & f, & est relatiuus c digiti, reliquus est primus in limite proxime superiori supra limitem articuloꝝ d & f. Nam kh continet decem, & c digitum totiens quotiens d continet a, ergo aliqua pars numeri kh totiens continet decem, sit illa k, & aliqua pars totiens continet c sit illa h. Qui igitur praemissi probationem consideravit, sciet probare, quod k est minimus limitis proxime supra limite articuloꝝ d & f. Et ex limitis descriptione h patet esse de limite articuloꝝ d & f, & esse relatiuum c.

VI.

Qualiter in additione numeri ad numerum operari



ADDITION

B rari